



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

87. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio. Militen.
Parochialis. Lunæ 31. Ianuarii 1650.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

predicta ex defectu potestatis nullius potest esse roboris, vel momenti, Gratian. *discept.* 699. n. 17. Rot. in recent. decis. 5. 15. num. 5. & 6. part. 4. tom. 3. & decis. 25. num. 9. p. 7. & in Bononiens. fidei commissi de Rubeis 5. Aprilis 1647. sub §. venditio autem coram R. P. D. meo Corrado.

5. Stante autem inualiditate statuti ob resistantiam Conciliorum, non obstat, quod omnes Capitulares statutorum obseruantiam iurauerint, quia iuramentum servandi statuta generaliter praesertim, non trahunt ad statutum contra Concilium, ut declarasse sancti mem. Gregor. XIII. restatur Card. Mantici. dec. 52. num. 8. & iurans seruare statuta censetur sensisse de validis, non de inuallidis, Bald. in L. vniuers. 5. Cod. de his sua pan. nomin. Surd. conf. 8. n. 15. in fin. & plures referunt Sanchez ad precept. Decal. lib. 3. c. 14. n. 8.

6. Ideo cum Canonicus Elderen. legitimè votauerit, ad favorem Arnoldi, non est dubitandum de votorum paritate cum Laurentio, & stante gratificationis decreto in literis Apostolicis vtriusque apposito, expeditis sub eadem forma, & data, Domini confundenter Arnaldum omnino esse praefarendum; tum ob incorruptam morum, & vita integritatem, scientiam, prudentiam, nobilitatem, potentiam ex adductis in princ. decis. Tum etiam quia ultra proprias qualitates valde præpondentiales habuit etiam fanoriem partem Capituli, cum eidem Arnaldo fuerint suffragati Decanus Scholasticus, Cantor, & Vice Prepositus, cap. quia propter ibique Gloss. in verb. fanori, & in c. in Genesi verb. ad celum de elect. Butt. in c. Ecclesia vestra lib. 2. num. 2. cod. iit. Alexand. conf. 102. n. 6. lib. 6. cum aliis relatis in Tolerantia Canoniciatus Panisentiarij 22. Aprilis 1641. in §. min. 5. & secundo solitario, coram R. P. D. meo Certo, & in alia decisione huius causa in fin.

7. Præterea Domini considerabant, quod Laurentius fuit de quibusdam delictis inquisitus, & diffamatus, ve in summo. Arnoldi numer. 10. & seqq. unde ne generentur scandala in populo, esset ex hoc solum certis paribus repellendus; neque eligendus est is, qui causam scandali in populo prætribuit est, etiam quod nullum defectum patetur, ad trad. per Abb. in cap. 1. num. 6. & seqq. de elect. Fr. Sigismund. à Bononia de elect. dub. 45. num. 7. & 8. Rot. coram Seraph. decis. 5. 16. num. 4. & ad hunc effectum non requiruntur probations concludentes, sed facili sunt leuiores, & quales afferuntur pro parte Arnoldi, cum non agatur de priuando Laurentium Beneficio obtento, sed de eo repellendo ab obtinendo, Paris. de confid. 9. 64. num. 15. Add. ad sanct. mem. Gregor. decis. 238. numer. 13. Rot. coram Seraph. decis. 1029. num. 1. in Beneventana parochialis impress. apud Marches de commiss. part. 1. fol. 297. n. 3. & in Sabinen. concursus impress. ibidem fol. 291. posterior n. 3.

8. Denique Laurentius coelestus dum tradidit ante factam electionem mandatum ad consentendum electioni de se facienda, & ad protestandum ut in summo. Arnoldi num. 1. incidit in ambitionis culpam, quæ sufficit, ut ipsius electio attendi non debat, cap. in scripturis 8. quest. 1. cap. cum post, vbi Gloss. verb. requisitum de elect. Fr. Sigismund. à Bonon. dub. 41. num. 1. & seqq. aliquique relati à Barbo. de iur. Eccles. vniuers. lib. i. cap. 19. num. 237. Castellin. de elect. Canon. cap. 11. n. 39.

Fuit itaque resolutum constare de bono iure Arnoldi utraque parte informante, &c.

DECISIO LXXXVII.

Sacra Rotæ Romane coram R. P. D. Bichio.

Militen. Parochialis.

Luna 31. Ianuarij 1650.

§. 1 Citationis defectum obstat vltiori executioni sententia late ab Executore Apostolico. Nec non euidenter iustificat, apparet in alia decisione sub die 28. Iunij proximi præteriti coram me edita, quæ hodie reuise & confirmata fuit.

2. Erat enim necessaria citatio Iosephi, quem ex capite homicidij incapacem esse huic Parochialis Ceratulus Adversarius narravit Papæ in literis sue prouisionis, tam inspectis verbis literarum Apostolicarum, ibi, vocato dito Iosepho, quæ vt concepta per ablatuum absolutum inducunt conditionem, & formam, eaque non adimplenta, processus est nullus, Rot. dec. 707. num. 2. fin. p. 1. 3. recen. quām atenta dispositione iuris, cum regulariter, quoties gratia tendit in præiudicium intrinsecum alterius, illius citato coram Executore requiratur, vt præter allegatos in alia decisione, fuit dictum in Gallien. Prioratus 5. Iunij 1649. §. penultima coram me.

3. Citatio autem facta, per affixionem ad duas nullius momenti est, non præcedente citatione personali Clem. 2. de re iudic. Seraph. dec. 1276. n. 4. Et gratis ex aduerso dicitur adhibitas prius fuisse diligentias, in loco soliti domicilij Iosephi, quo casu, sublecta præsumt comparitione citati sustineri citationem dixit Rot. penes Comitulum dec. 125. n. 2. & 3.

4. In iustitia pariter euidenter est, quia coram Executore iustificata non fuit narratio homicidij plenè, & concludenter, vt debuit, cum sit fundamentum gratiae, sed solum exhibita sententia condemnatoria Iosephi ad tritem, quæ vt lata in contumaciam delictum non probat ex allegatis in prima dec. §. 5. in casu, quibus adduntur aliae due relate à Farinac. in prox. q. 1. 16. post n. 9. 2.

5. Eo minus quia eadem sententia, ex capite nullitatis, & iniuriae reuocata nouissime fuit A.C. & insuper condemnatus accusator ad perpetuas tritemes ob calumniam accusationis, & falsitates commissas: Etiam simulando quod contra Iosephum fuisse executum monitorum ad comparendum coram iudice; qui ipsum, vt supra, in contumaciam ad tritemes condemnauit. Vnde communice, quod processus ille criminalis compilatus fuit calumnioso contra Iosephum sine eius citatione; sine qua Index criminalis, ne dum ad sententiam, sed nec ad inquisitionem potuit procedere quando, vt hic, ad instantiam partis procedebatur; quicquid dicendum esset, si fuisse processum ex officio, vt distinguendo ex sententia Aretin. tradit. Boff. in prax. sit. de inquis. n. 7. facit Farin. conf. 111. n. 11. lib. 2.

6. Sed obstat quod licet sententia lata in contumaciā non probet delictum, eo tamen non comparente intra annum probet priuationem, quæ sufficit vt declarauit Rota in Romana Beneficiat. S. Petre 16. Iunij 1561. coram Oradim. impress. post. 2. volumen, conf. Farinac. decis. 3. n. 5. & tradit. Luther. de re benef. lib. 1. q. 18. n. 168. ianuero n. 166. Vnde dixerat, hoc procedere quamvis post annum, reus ex Principiis rescripto admisitus fuisse ad purgandam contumaciā, quia rescriptum non tollit ius quæsumum ex annuali mora in comparendo quam nocere etiam, quando ex ipsa lectura inquisitionis, & processus constat euidenter de eius nullitate, tradit. Farinac: conf. 111. n. 13. in fine. & n. 1. lib. 2.

7. In casu namque nostro hæc non applicantur, quia

Ee 4 nec

Decisions Nouissimæ

332

nec versamur in terminis sententiae latæ in contumaciam, cum in rei veritate nuper probata, nusquam contra Iosephum transmissum fuerit; & executum monitorium, & alioquin contumacia non contrahatur, *l. contumacia* § 7. ff. *de rei iud.* Seraphin. *decis.* 972. n. 12. Rota *decis.* 254. num. 5. part. 6. *reven.* neque solum Iosephus post annum comparuit, sed etiam obtinuit sententiam reuocatoriam primæ sententiae, cum omnibus inde sequitis, qua proinde habeatur, ac si facta non fuisset, ut in terminis Rota in Romana Cœnaculatus S. Angeli 17. Maij 25. 67. coram Coria imperi post Farinac. *in prax.* q. 11. *sept.* n. 92. col. 3. in fine, ibi, & non constat de reuocatione illius.

8. Tandem non obstat, quod sola pendentia iudicij criminalis, propter infamiam saltem facti, quam Iosepho irrogabat, efficeret, ne ei Ordinarius potest hanc Parochiale conferre *c. omnip. de accusat.* cum aliis allegat à Garzia de beneficii, part. 7. c. 8. n. 6. Nam responderetur primo, quod ad hunc effectum iudicium criminale per columnam ut in cau nostro, motum, ac instrumentum non reuelat. Felin. *in d. c. omnipotens.* n. 3. *vers.* *limita.* Ne alias apertari via cuiilibet maleculo impediendi personis honestis consecutionem beneficiorum, & bene in *d. cap. omnipotens.* adiutavit August. Barbol. *sub n. 2.* *vers.* & *limita.* Et conferunt tradita à Nauarro *conf.* 2. *sub num. 6.* de *barefic.* vbi quod ad impedendum, nec criminaliter denuntiatum de aliquo delicto eligi possit ad dignitatem, seu officium requiritur semiplena probatio delicti. Sic etiam Mirand. & alij relati à Modern. Parnensis. *in conf. regal.* *resolut.* 26. *num. 2.* & a Modern. Clusino *de canon. elect.* *disp.* 1. *conr.* 1. *num. 5.* & 8.

9. Secundo, quod dici non poterat pendere iudicium aliquod criminale contra Iosephum, qui, ut supra dicemus, nusquam fuerat monitus, aut citatus, *l. libert. la. 2.* *ff. in ins. vocan.* Boli. *in tit. de foro compet.* num. 203. Farinac. *conf. crimin.* 298. *sub n. 3.* *vers.* *s. nec facit.* lib. 3. Nihilque refert, quod inter alias personas columnæ participes, aut saltem non graues, & honestas Iosephi accusatio, aut prætensus crimen vociferaretur. Felin. *in cap. testimonium* num. 14. *de testibus* Garz. *de benefi.* *d. cap. 8.* *num. 9.* & 12. & duob. *sept.* q. Barbos. *de potest.* Episc. *alleg.* 43. *num. 17.* & *in d. cap. omnipl.* *sub num. 2.* *vers.* que incurritur. P. Layman. *Theolog. moral.* lib. 1. *tratt.* 5. part. 5. *cap. 4.* *sub n. 4.* *vers.* secundo ut aliquis, cum aliis allegat, à Modern. Marit. *quaest. reg. tom. 1.* *verbo infamia.* num. 9. Ut enim incurritur infamia facti, oportet opinionem criminis, illam quatenus committsum estet irrogantis manere apud personas graues, & plures; itaut non sufficiat minoris partis, ut ex text. *in cap. inquisitionis.* §. *quaest. de accusat.* docet ibi gloss. *vers.* vlt. Innoc. *num. 5.* Abb. *num. 6.* *in cap. per vestras* n. 12. *de cohab. clericorum Sanchez respons.* *moral. tom. 2.* *lib. 6. c. 3. dub. 4.* numero secundos & quarto vbi allegant concordantes.

10. Que vero infamia iuris, & sententia condemnatoria refultare solet *l. infamem.* ff. *public.* *iudi.* non refultat, quando ut hic in contumacia, seu verius reo non legitime vocato sententia lata fuit. Clar. *in prax.* *crimin.* lib. 5. *fin.* *quaest.* 72. *colom.* 1. *in fine* P. Layman. *d. rati.* 52. *part.* 5. *cap. 4.* *sub n. 1.* *vers.* *requiritur auem.* Giurba *conf. crimin.* 65. n. 60. alisque relatis à Modern. Maceraten. *de diff. inter iudicij ciuil.* & *crim.* *differ.* 16. n. 3. vbi pluribus id comprobatur. Et quatenus opus estet delatam Sanchez *respons.* *moral. tom. 2.* *lib. 7.* *cap. 3.* *dub. 6. n. 27.* Barbos. *de potest.* Episc. *alleg.* 43. *num. 20.* Et ita decisum informantem Iosepho, diu tamen aduersario expectato, ac citato.

DECISIO LXXXVIII.

Sacra Rot. e Romane coram R. P. D. Verofio.
In causa Fusginacæ. hæreditatis.

Luna 14. Februarij 1650.

§. 1. **M**ortuo Petro Roncallo inter Equites obediens Magistralis dum degeter in humanis pietate adscripto; cum sacra Hierolymiana Religio suæcœlœficiæ in bonis ipsius fibi apertam esse contenta dubitauit. At eidem, vel Eminentissimo D. Magno Magistro exinde fuerit debita successio, & negativa prodidit hodie resolutio ex validæ professione, nondum iustificata defecit, in gradu præferim Religionis, a sensu Pontificis, nec creto, nec approbat, contra Sacri Lateranensi Concilij decretum relatum *in cap. utrum de relig. domi.* fine cuius professio validæ cursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non fuit, nec sacra proinde Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare iuxta gloss. *in authenticis* *glossis in verbis dedicat.* C. de sacr. sancti. Eccles. *ibique* Odo. *num. 21.* Batt. *num. 3.* Bald. *num. 27.* *causa sum.* Salicer. *num. 7.* Castr. *num. 20.* Alberic. *num. 1.* *cater-* que communiter Gemin. *conf.* 66. *num. 9.* Cald. *conf.* 1. *col. 2.* *potest.* *med.* *vers.* *vera tamen ratio,* & *naturalis,* *vsque ad fin. de regul.* Rot. *in Bonon. bonorum* 17. Novembris 1615. *coram bona mem.* Pironiano inter *impresu-* *part. 4. 10. 3. rec.* *dec.* 633. n. 3.

2. Contariora vero professio validæ probatio, nec valer ex testibus refutare, contestantibus ministrum, eundem Petrum tria Religionis vota incepisse, ac professionem successivè in manibus Equitis, ad id specialiter deputati, emisisse proti alias hinc eam Rota deduxit coram Mobeiano aecij. 10. *ad causa potest.* & *pro prietatis,* & *in una Meten.* *professi.* Junij 1650. *coram Reuerendiss.* Salamanino penes Tambar. *de sue Abb.* *det.* 3. n. 2.

3. Cum enim hac sacra Religio in tres tantummodo species Equitum ipso institutionis, initio, distinguitur; Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum universi nobilitate ascitam, ut ipi forent Christi fidelium enīs, ac miserabilium clypeus periculorum; Alteram fratrum Capellanorum. Communionem, ac obedientiæ; & Alteram denique fratrum servientium armorum, ac officiū, hinc tibi eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina registrata *tit. 2.* *cap. 2.* *sub rubr. de iusta divisi.* *de gradis,* *de fratribus* *dell ordine nostro.* Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis confirmationem ab Apostolica Sede obtineat, ut ex Sextina Constitutione dignoscitur in *tit. statutorum* voluminis impressa: Ac triplicatus hic quoque gradus proprio Magistri Sacramento, ipsa suscepit munera die, tantummodo approbatur, ut elicatur ex altero Statuto *sub tit. 13.* *cap. 3.* *in fine de elect.* Ipsa proinde non potuit, nouum Equitum gradum superaddere Religioni, eadem inconclusa, de cuius obligatione, ac preciudicio per noui gradus, ac successivam Equitis incorporationem agebatur secundum gloss. *in capite porcellum* *in verbo non facit habitus de Regul.* & *in capite in verbo* *perirent* *eadem tit. lib. 6.* *vbi etiam Ancar.* *in 2. ne-* tab. Franc. *numer. 2.* Gemin. *numer. 3.* Ioannes Monac. *numer. 1.* *ibique Probus ad eum num. 1.* & Roderic. *9. Regul.* *tom. 5.* *quaest.* 17. *art. 7.* & alij relati plures per Sanchez ad *præcept. decal.* *lib. 5.* *cap. 4.* *n. 65.* Inequito præferim Apollonice Sedis assensu, in triplicati gradus creatione antecedenter abhibito, ac in noui propriea*re* *ea inscriptione* per necessitatem adhibendo, ad text. *in cap.*